



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

CXXIX. Der markgräfliche Hofrichter Johann von Buch spricht in der Streitsache der von der Gröben mit dem Abte zu Lehnin über die Wiese Golyn den Besitz derselben dem letztern zu, am 8. November 1339.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

CXXIX. Der markgräfliche Hofrichter Johann von Buch spricht in der Streitfache der von der Gröben mit dem Abte zu Lehnin über die Wiese Golyn den Besitz derselben dem letztern zu, am 8. November 1339.

Nos Johannes, dictus de Buch, Miles, Dominus in Garzedow, Judex generalis curie Illustris principis, nostri domini Ludewici Marchionis Brandenburgensis, cunctorum noticie, quorum interest aut quibus nosse fuerit oportunitum, presentibus declaramus Testificantes, quod in nostra constituti prefencia venerabilis pater dominus Hermannus, abbas in Lenyn, parte ex una, nec non Koppekinus et Kilian fratres dicti de Groben ex parte Hellingi de Gelt et Suorum parte ex altera in opido Spandowe questione mota super possessione cuiusdam prati a partibus, quod vulgo Golyn dicitur, allegatis, hinc et inde que videbantur vtrobique rationabiliter alleganda, Nos controuersias et dissenciones partium juris ordine cupientes refecare ac in vnitatem Salutifere pacis reformare Laborantes, Tocius litigii materiam ex arbitrio in nos facto de Consilio Consiliariorum ac vafallorum domini nostri Marchionis predicti Terminauimus isto fine videlicet, quod predictum pratum Golyn, predicto domino Hermannno abbati ac suo monasterio Lenynensi, juris ordine matura deliberacione prehabita iam dictorum vafallorum, adiudicata existit et ascripta. Nos vero auctoritate iudiciaria predictum dominum abbatem, nomine sui monasterii Lenynensis in possessionem corporalem predicti prati Golyn iam missum seruauimus et seruamus firmantes ei pacem ex parte nostri domini marchionis predicti perpetuis temporibus bonis in eisdem duraturam. In prefencia venerabilis patris domini Ludowici Brandenburgensis Ecclesie Episcopi, Theodorici prepositi ibidem, Hotonis plebani in antiqua Brandenburg, Johannis de gatersleue, Hinrici de aluensleue, militum. Testes alii huius facti sunt: miles dictus Hufener, Marquardus dictus Lutterpech, aduocatus in brandenburg, dominus prepositus Bernowensis Gherwinus, Euerwinus prothonotarius curie marchionis, pluresque alii fidedigni. Acta sunt hec Anno domini M^o CCC^o XXXIX^o et finaliter terminata in opido Nauwen, die quatuor coronatorum nostrorum beatorum. In cuius facti testimonium Sigillum iudiciale domini marchionis presentibus est appensum. Et ego Lodewicus de Sundis clericus Swerinenlis diocesis, publicus auctoritate Imp. notarius horum placitorum terminacioni interfui etc.

Aus dem Original des Geh. Staats-Archives.

CXXX. Markgraf Ludwig tauscht dem Kloster Lehnin eine ihm in älterer Zeit überlassene Hebung aus der Mühle zu Berlin mit Bedehungen aus den Dörfern Deez, Göriz und Damestorf ab, am 27. März 1343.

Ludowicus etc. Cum magnifici et generosi principes Otto et Otto fratres et Otto eorundem patruus Marchiones Brandenburgenses bone recordacionis predecessores nostri pia consideracione moti celicam pretendentes remuneracionem honorabilibus et discretis viris abbati, priori totique conuentui monasterii Lenin cystercienfis ordinis nobis dilectis dederunt, donauerunt et appropriauerunt viginti coros siliginis annue pensionis in molendino ciuitatis nostre Berlin per-